Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift



placentas faciant. ut dissolutioni cogi
tationum. dissolutionem uerborum
& opum supponant. sicq; superbie serui
ant. cum ei placentas dissolutionis faci
ant. Que nimirum superbia regina CELI
uocatur. quia inuentor & auctor sup
bie diabolus. altissimo similis fieri in ce
lo conatur. Egyptii g̃ patres cum curri
bus & equitatu persecuntur. quia maligni
hostes. sensus interiores cum uiciis princi
palibus. & uniuerso uiciorum exercitu
insecuntur. Usq; ad mare rubrum. quo
compunctio lacrimarum exprimitur.
usq; ad quam temptationis persecutio ex
tenditur. SEQVITVR.
LAGAVERVNT autem ad dn̄m
filii isrl. qui posuit tenebras inter uos &
egyptios. & adduxit sup eos mare. & ope
ruit eos. Uiderunt oculi uri. cuncta que
in egypto fecerim. Et habitastis in solitu
dine multo tempore. & introduxi uos
ad terram amorrei. qui habitabat trans
IORDANEM. Cumq; pugnarent
contra uos. tradidi eos in manus uestras.
& possedistis terram eorum. atq; interfe
cistis illos. Surrexit autē balach filius se
phor rex moab. & pugnauit contra isra
helem. misitq; & uocauit balaam. filium
beor. ut maledicerent uobis. & ego nolui
audire eum. sed econtrario p illum bene
dixi uobis. & liberaui uos de manu eius.
FILII isrl ad dn̄m clamant. dum
electi temptationibus oppssi. diui
ne miserationis psidium expostulant.
Qui inter eos & egyptios tenebras ponit.
dum silentium sensibus interioribus &
exterioribus imponit. quo malignos
spiritus excludit. Sup eos mare adducit.
& eos opit. cum profundo compunctionis.
temptantium uiciorum EXERCITVS
immergit. & eos obruit. Uiderunt oculi uri
inquit fluentis lacrimarum expiati. cunc
ta que in egypto fecerim. qualiter uos de
ignorantie tenebris eduxerim. Multo tem
pore in solitudine habitastis. cum famem
& sitim diuine SVAVITATIS. IHARI
ditate cordis uri sustinuistis. Introduxi
uos ad terram amorrei. cum uobis p grām
spiritus mei. subieci habitationē corporis
uri. Amorreus enim amaricans dicitur.
p quem caro exprimitur. que amaritudi
ne carnalium uiciorum imbuitur. Amor
reus trans IORDANEN habitat. quia
carnalitas a diuini iudicii timore. & ab
eterne retributionis AGORE exulat. Cūq;
contra uos pugnarent. scilicet cum sensus
carnalitatis spiritum urm oppugnarent.
Tradidi eos in manus uras. subiciendo uobis
omnes passiones corporeas. Terram eorum
possedistis. atq; illos interfecistis. cum gla
dio SPIRITVS omnes affectus carnalita
tis confixistis. Balach surgit. cum auari
cie pestis se exerit. Balach enim lingens l
inuoluens dicitur. p quem auaricia exp
mitur. que terrena & caduca lingit. que
eterne mortis pditione hominem inuol
uit. Unde IOB dicit. Et ignis deuorabit
tabernacula eorum. qui munera libenter
accipiunt. BALACH filius SEPHOR sc
bitur. quod auis dicitur. p quam superbia
exprimitur. de qua auaricia gignitur.
BALACH rex MOAB esse memoratur. q
de patre dicitur. quia auaricia carnalita
ti dn̄atur. Balach pugnat contra isrlem.